Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26002
Copyright: Admont, Benediktinerstift



158

5 ⁊ dat ille qui promittendo non decipit. Omnis enim inquit qui petit acci
pit. ⁊ qui querit inuenit ⁊ pulsanti aperietur. Ergo iuxta p̄missam postulan
tis amici parabolam p̄seuerantia opus ē. ut accipiamus qd̄
petimus. ⁊ inueniamus qd̄ querimus. ⁊ qd̄ pulsamus aperiatur. Nam si petenti
datur. ⁊ querens inuenit. ⁊ pulsanti aperietur. ergo cui non datur ⁊ qui non
inuenit. ⁊ cui aperitur. apparet. qd̄ non bene petierit. pulsauerit quesierit.
6 Quis aut̄ ex uobis patrē petit panē. Numquid lapidē dabit illi. Panis intelli
gitur caritas propt̄ maiorē appetitū. ⁊ tam necessarium. ut sine illa cęta
nichil sint. sic̄ sine pane mensa inops. cui contraria est cordis duricia q̄m
lapidi comparauit. Aut piscem. numquid pro pisce serpentē dabit illi. Piscis
est. fides inuisibilium. uel propter aq̄m baptismi ul̄ quia de inuisibilibus
locis capitur. ⁊ etiam que fides quia huius mundi fluctib' circū latrata n̄ fran
gitur. recte pisci comparatur. cui contrariū posuit serpentē propter uenena
1 fallacię quę ⁊ eiā p̄mo homini male suadendo p̄seminauit. Aut si petierit
ouum. numquid porrigit illi scorpionē. In ouo indicatur spes. Ouum enim
nondū ē fetus p̄fectus. sed fouendo speratur. cui contrarium ē retro respicere.
cum spes futurorum in ea que ante sunt extendatur. Si g̊ uos cum sitis mali
nostis bona data dare filiis uris. q̄nto magis pater ur̄ de celo dabit sp̄m bo
8 num petentibus se. Quo m̄ mali dant bona. sed malos appellauit dilectores
ad huc scl̄i hui' ⁊ peccatores. Bona uero que dant scd̄m eorum sensum. bona
dicenda sunt. quia hec probonis habent. q̄m q̄m ⁊ in rerū natura ista bona
sint. s; temporalia ⁊ ad istam uitam infirmā p̄tinentia. ⁊ quisquis ea malus
dat non de suo dat. Dn̄i enim est terra ⁊ plenitudo eius. qui fecit celū ⁊ terrā
⁊ mare ⁊ omnia que in eis sunt. Quanta g̊ sperandū ē daturū d̄m nobis
bona petentibus. nec nos posse decipi ut accipiamus aliud pro alio cū ab ip
so petimus. quando nos ⁊ eiam cū simus mali nouimus id dare qd̄ petimur.
Non enim decipimus filios nr̄os ⁊ qualiacumq; bona damus non de nr̄o sed de
ipsius damus. Alit̄. Apl̄i qui electionis merito bonitatē generis humani
multis excesserant modis sup̄ne bonitatis intuitu mali ēē dicuntur. quia
nichil ē p̄semetipsum stabile nichil inmutabile. nichil bonū. nisi dita sola. Omīs
v̊ creaturę ut beatudinē eternitatis ul̄ inmutabilitatis obtineant non hoc
p̄suam naturam sed p̄creatoris sui participationē ⁊ grām consecun
tur. Quod uero dr̄ quanto magis pater uester de celo dabit sp̄m bo
nū petentibus se. Pro quo matheus posuit dabit bona petentib' se. osten
dit sp̄m scm̄ plenitudinē ēē bonorum d̄i. ⁊ ea que diuinitus administran
tur n̄ utilia absq; eo subsistere. quia omīs utilitatis que ex donorum
d̄i grā suscipiuntur ex isto fonte demanant.

contrarium posuit scorpionē cuius aculeus uenenatus retrimendus est. sicut spei contrarium est retro respicere cū spes futurorum in ea que ante sunt extendatur;

ex pl̄ l. iii. scip. iii.